





Epistle for the Immaculate Conception of Mary


L 
 Ecti-o libri Sapi-énti-æ.

D 
 Ominus possédit me in iní-ti-o vi-árum su-árum, ántequam quid-


 quam fáceret a princípi-o. Ab ætémo ordináta sum, et ex antíquis, ánte-



 quam terra fí-eret. Nondum erant abyssi, et ego jam concépta eram: nec-


 dum fontes aquárum erúperant: necdum montes gravi mole constí-terant:


 ante colles ego parturi-ébar: adhuc terram non fécerat, et flúmina, et


 cárdines orbis terræ. Quando præparábat cælos, áderam: quando certa


 lege et gyro vallábat abyssos: quando æthera firmábat sursum, et librá-


 bat fontes aquárum: quando circúmdabat mari términum su-um, et legem




ponébat aquis, ne transírent fines su-os: quando appendébat fundaménta




terræ. Cum e-o eram cuncta compónens: et de-lectábar per síngulos di-es,




ludens coram e-o omni témpore: ludens in orbe terrárum: et de-lí-ci-æ



me-æ esse cum fí-li-is hóminum. Nunc ergo, fí-li-i, audí-te me: Be-á-ti,



qui custódi-unt vi-as me-as. Audí-te disciplínam, et estóte sapi-éntes, et



no-lí-te abjícere e-am. Be-átus homo, qui audit me, et qui vígi-lat ad



fores me-as quotídi-e, et obsérvat ad postes ósti-i me-i. Qui me invé-



nerit, invéni-et vi-tam, et háuri-et salútem a Dómino.